



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Assertionis illius erroneae de eucharistia, consecratores, non mo[do] anathematis ce[n]suram incurrere: uer[um] etiam infideles habendos esse, q[ui] expressis catholicae fidei articulis repugnent. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

EVCHARISTIAE. I. 7.

nomen (sicut & rem ipsam) subsannat & abiicit. quod tamen ecclesia catholica pie & religiose suscipit. Rursum sicut substantiam panis & uini manere in eucharistia post consecrationem sacerdotalem autumat, sine corporali Christi presentia: ita et accidentia utriusque signi sacramentalis, suis tunc inherere subiectis & semper inesse perhibet. ridiculum id existimans & penitus explodendum, quod dicantur ibidem accidentia panis & uini sine suis subiectis existere. quod nihilominus sincera fidelium confitetur deuotio, & fides. Hæc est o candidi lectores, bella illa & egregia doctrina Oecolampadiana: in illo opere, tam præclari tituli fucis adornato, contenta. Quam si quis conferat ad tres illos articulos impij Viclefi, iam olim (ut diximus) damnatos, quid oro discriminis inter illam & hos inueniet? Ut persuasum habeant omnes, in Viclefo, & Oecolampadium tanquam rediuuium Viclefum, fuisse cum suo hoc libro, a concilio Constantiensi & Martino quinto, in spiritu condemnatum:

¶ Assertionis illius erroneæ de eucharistia, consecratorum, non modo anathematis censuram incurrere: uerum etiam infideles habendos esse, quod expressis catholicæ fidei articulis repugnent.

Cap. III.

Quam detestanda & abominabilis sit ea assertio, ab Oecolampadio rursum in orbem inuecta, quæ abnegat ueram sacri corporis dominici in eucharistia presentiam: demonstrant graues poenæ, ab ipso iure pontificio in hominibus temerarios assertores definitæ. Quarum una hæc est, quod sen

Errores
Oecolampadii
circa eucharistiam.

DE SACRAMENTO

Lucius 3.

tentia excommunicationis decernuntur subiacere, cōio-
neq; fidelium priuandi declarantur: per canonē il-
lum Lucij tertij, q̄ in 5. lib. epistolaz decret. tit. de
hæreticis. ca. ad abolendam. in hunc modū depro-
mitur. Vniuersos q̄ de sacramento corporis & san-
guinis dñi n̄ri, Iesu Christi: uel de baptisate, seu
de pctōrum confessione, matrimonio, uel reliquis
ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire uel docere
nō metuunt: q̄ sacrosancta Rom. ecclesia prædicat
& obseruat, & gñaliter quoscunq; eadē Romana
ecclesia, uel singuli episcopi per Dioceses suas cū
concilio clericorū, uel clerici ipsi sede uacante, cū
concilio (si oportuerit) uicinorū episcoporū, hære-
ticos iudicauerint: uinculo perpetui anathematis
innodamus. Hæc ibi: Atqui positionis illius exe-
crandæ, negantis corporalem domini n̄ri in sacra-
mento eucharistiæ existentiam, obseruatores: lō-
ge aliter reuera sentiunt, & docent palam suis scri-
ptis, de sacramento corporis & sanguinis dñi no-
stri, q̄ sacrosancta Rom. ecclesia prædicat & ob-
seruat. Enimvero illa profitetur & inconculse te-
net: per uerba consecratoria sacerdotis, panem &
uinum cōueri in uerū Ch̄ri corpus & sanguinem
finitaq; uerborū illoꝝ prolatiōe, protinus sub for-
ma panis & uini, p̄ns adesse domini nostri corpus
& sanguinem, secundū uerā eorundem substan-
tiam: ut sequentia dicta monstrabunt. Vtrunque
aut̄ horū omnino denegāt pestilentis huius doctri-
næ defensores. Sunt igitur ipsi, iuxta dictam san-
ctionem canonicam, perpetuo anathematis uin-
culo innodati: donec ab errore illo nefando resipis-
cant. ¶ Secunda uero pœna nec minus formidan-
da, quam incurrunt addicti pertinacius huic pra-
uæ assertioni q̄ nunc discutitur: est, q̄ eo ipso infi-

2

EVCHARISTIAE I. 8

delitatis sibi notam inurunt, & tanq̄ apostate a fi-
de catholica (quā in baptismo susceperunt) hñdi
sunt: & ut tales, nisi mature pedem reuocent, pu-
blice plectendi. Nempe q̄ uer̄ Christi corpus se-
cundum suā substantiā reuera cōtineatur sub spe-
cie panis: articulus est fidei, per unigenitum dei fi-
lium apostolis reuelatus, & in eloquijs euāgelicis
atq; apostolicis aperte traditus: ex quo sanctū eu-
charistiæ faci amētum fuit a dño nostro in ultima
cena institutum. Quippe tres sacri euangelistæ,
institutionē huius diuini sacramenti cōmemoran-
tes, necnon & deiloquus Paulus ad Corinth. scri-
bens: uno ore testantur, Christum pane manibus
suis accepto, & apostolis porrecto, dixisse: Hoc
est corpus meum. Et B. Ioannes in euang. suo: uer-
ba summæ ueritatis de excellentissimo hoc sacra-
mēto in propatulo dicta, recenset. præsertim hoc
ipsum, q̄ panis quem daturus erat Ch̄s: caro sua
sit pro mundi uita. q̄ item manducans carnē eius,
& bibens eius sanguinem, habeat uitam æternā:
qm̄ ipse, panis sit uitæ, & panis uiuus qui de coelo
descendit. At nonne horū quinq; diuinorū scribarū
testimonia, omnino consonantia in re tam ardua,
& sublimi: sufficiunt ad ingenerandam nobis fi-
dem de hoc proposito? Quid, n. expressius audā-
lucidius dici poterit ad instruendum hunc fidei ar-
ticulum: irrefragabili tantorum testium & tali-
um testimonio corroboratum? Est igitur ea pro-
positio, haud dubie habenda ut fidei articulus: in
scriptura contentus. Qui igitur eam repudiāt: im-
pingunt in uerum fidei articulum. & tanquam ab-
negantes fidem, quam in susceptione lauacri rege-
nerationis professi sunt: ob apostasiam ueniunt pu-
niendi. ¶ Verum hic instabit quispiam, hunc

Matt. 26.

Marci. 14

Luc. 22

1. Cor. 11

Ioan. 6

DE SACRAMENTO

de sacramēto eucharistiæ articulum. nequaquam
cōtineri aperta enunciatione in aliquo trium sym-
bolorū fidei, ab ecclesia receptorum. utputa nec in
symbolo apostolorū, nec Niceno, nec Athanasij.
Et proinde ipsum habere nō debere, tanq̄ fidei ar-
ticulum, cum oēs tales articulos complectatur ali-
quod illorū trium symbolorū, ut est sanctorū oim
sententia. ¶ Adhibenda illi est responsio. primum
hanc inualidam esse cōsecutionem, si quid aliquo
trium dictorū symbolorū non contineatur aperte.
protinus ipsum ut fidei articulum haberi non de-
bere. Nullum siquidem illorū symbolorū, expri-
mit Christum octauo post natiuitatem die fuisse
circuncisum, a Magis deinde adoratum, in tēplo-
q; præsentatum quadragesimo post transactū na-
talem die, & circa tricesimū ætatis ipsius annum
a Ioanne Bapt. ipsum fuisse in Iordane baptiza-
tum. Nullum itidem eorū symbolorū, plane memi-
nit miraculorū dñi nostri, neq; ingressus ipsius in
Hierusalem cum honoratissimo totius populi ap-
plausu; neq; lateris ipsius in cruce pro nobis mor-
tui apertionem, effluxusque sanguinis & aquæ ex
hōi lateris cōfossione. Deniq; nec missionis san-
cti spiritus in discipulos dñi, decimo post glorio-
sam illius ascensionem die. sicut nec aliorū multo-
rum mentionem facit, in Euangelica narratione
plane expressorum. Attamen addubitat nemo,
quodque eorum quæ nunc explicata sunt: tanquā
articulum fidei habēdum esse. Et si quis cum per-
tinaciā quodpiam illorum negauerit: eundem tan-
quam hæreticum, infidelem & apostatantem a fi-
de, censeri debere. q̄ inficiari fuerit aggressus idi-
psum, quod Euangelica lectio, aut apostolica hi-
storia, clarissime astruit. Non igitur recte confici-

Obiectio
nis dilutio

EVCHARISTIAE. I. 9.

as, mysterium uerae & substantialis praesentiae dominici corporis in eucharistia, non esse fidei articulum: quod quis in nullo trium symbolorum ecclesiasticorum aperte contineatur. Insuper cum articulum fidei dei dictum astruant auctores non in celebres, quod ardeat fideles omnes ad illum expresse credendum ex publica ecclesiae professione. quis hanc orthodoxam de eucharistia assertionem, quod in ea uere Christi corpus contineatur: addubitauerit secundum hanc peculiarē rationem, articulum fidei dici debere, cum eam explicite credendam atque tenendam proponat ecclesia sancta: tum ex annua diei festae corpori dominico sacrae celebritate; summorum pontificum auctoritate, instituta: tum etiam ex obligatione suscipiendi quotannis sanctam eucharistiam: adultis indicta, tum denique ex obligatoria lege audiendi diebus festis missam, ecclesiastico decreto sancita: ut sequens apertius ostendet sermo. Ad expressam itaque illius fidem: tenentur omnes.

¶ Secundo, & id pro responsione illi praedictum cauillum obiectanti proponendum est: ipsum diuinae eucharistiae mysterium modo dictum, contineri in illo symboli apostolorum articulo, quo profitemur nos credere communionem sanctorum. Quippe huiusmodi sanctorum communio, quae ibidem credenda proponitur: accipienda est pro communicatione omnium fidelium in omni re sancta, siue fide, siue charitate, siue etiam in sanctis orationibus atque operibus: sed maxime in participatione sacramentorum, quae potissima est Christianorum inter se communio. Atqui inter omnia sacramenta, communionis nomen praecipue & peculiari quodam modo, sanctae eucharistiae sacramento conuenit: ut quod caeteris perfectius fideles omnes ad unitatem

B

4

Quid per
cōionē san
ctorum in
symbo. de
signatur

DE SACRAMENTO

Dionys.
Arcopag.

corporis mystici cōiuniat atq; colligat. Quemad-
modum sacratiss. pater Dionysius in principio 3.
capitis sui lib. de ecclesiast. hierarchia, plane testa-
tur: inquirens primum, cur nomen cōionis, quod
alijs quoq; sacramentis omnibus commune est: i-
psi sacramento eucharistiæ singulari quadam ap-
pellatione asciscitur, ut cæteris excellentius atq;
frequētius: apud sacros auctores cōmunio dicatur.
Cui quidem inquisitioni hanc adhibet responsio-
nem, eo ipso id fieri: qm̄ ipsum eucharistiæ sacra-
mentum finis est & consummatio, perfectioq; et
cōplementum cæterorū sacramentorū. q̄ cum fide
libus ministrantur: per subsequentem illa ministe-
ria eucharistiæ cōmunionem perficiuntur atq; cō-
plētur. Vnde efficacis sumitur argumentū: ipsum
corporis dominici mysteriū, cæteris amplius &
consummatus, effectū cōmunionis fidelibus tra-
dere. & ab hm̄i integriore maioreq; cōmunionis
efficiēdæ uī & efficacia: nomen ipsum cōmunio-
nis, proprie quodam mō & peculiariter eucharis-
tiæ sacramento attribui. Quemadmodū, inquit,
sacramentum baptisimi: mō quodam speciali dici-
tur sacramentum illuminationis. qm̄ tametsi sa-
cramenta omnia fidelem animam diuina illustrē
gratia: hm̄i tñ sacræ ablutionis mysterium, pri-
mi luminis cōsortium tradit, omniumq; diuinarū
illuminationum est principium. Idcirco ex effe-
ctu ipso: uerissimo illud illuminationis cognomi-
ne prædicatur. ¶ Astipulatur eidem & Damasco
Damasc. nus, in quarti libri sui de fide orthodoxa, capi. 14.
ita de sancta eucharistia, loquens: Dicitur & com-
munio: & est reuera, q̄a cōmunicamus per ipsam
Christo, & participamus eius carne & diuinitate
& quia cōicamus & unimur inuicē per illā. Nā

EVCHARISTIAE. I. 10

quia ex uno pane participamus omnes: unū corpus Christi & unus sanguis, & inuicem mēbra effici-
mur, concorporati Christo existentes. Omni igitur uirtute obseruemus: ne participemus participatione hæreticorū, neq; tribuamus. Nolite. n. sancta dare canibus, inquit dominus noster: neq; seminare margaritas uestras ante porcos. ut nō participes erroris & malæ fidei eorum efficiamur: atq; cōdemnationis. Hæc ille. Ex quibus liquido cōstat, q; sacra eucharistia præcipuum atq; primū locum inter sacramenta, sub nomine sanctorū cōmunionis obtinet in symbolo apostolorū: ubi nos credere confitemur sanctorū cōmunionem. Et ita articulum hunc de eucharistia: contineri in ali quo symbolorū ab ecclesia receptorum, quæq; in ea publice solent proferri. quod propositæ objectioni: plene satisfacere putetur. Porro quod in hac secunda responsione modo deductum est: eucharistia .s. mysterium sub eo comprehendit articulo symboli Apostolici, quo credere nos profitemur communionem sanctorū: diffuse memonstrat & astruit uenerabilis pater, & doctrina theologica, maiorem in modū excellens, Thomas Vualden. in nonagesimo quinto cap. sui operis de sacramen.
¶ Demum tertio loco: & hæc propositæ objectioni reddenda est responsio. fidem de conuersione panis consecrati in uerum Christi corpus, & de reliquis eam conuersionem cōsequentibus dei mirabilibus, in altissimo eucharistia mysterio: apte explicari in decreto concilij generalis, sub Innocētio tertio Romæ apud Lateranum celebrati: explicato in principio primi libri epistolarū decretalium, capitul. firmiter credimus. quod nonnulli, symbolum Innocētij tertij uocitant: & quar-

B 2

1. Cor. 10.

Matth. 7.

Thomas
Vualden,
6

DE SACRAMENTO

Innocenti
us III.

ti symboli habere locum asseuerant. Vbi in hunc modum, de diuino hoc sacramento: sermo contexitur. Vna uero est fidelium uniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua, idem ipse sacerdos est sacrificium, Iesus Christus. Cuius corpus & sanguis, in sacramento altaris sub speciebus panis & uini ueraciter continetur, transsubstantialis pane in corpus, & uino in sanguinem, potestate diuina, ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Hæc ibi. Quibus eodem uerbis, tota Oecolampadij assertio de eucharistia, quam construere nititur, penitus eueritur & destruitur. Nam si corpus dominicum in sacra eucharistia sub speciebus panis ueraciter continetur, ut ibi nobis credendum illud ab eccle. sancta proponitur, nequaquam illic est corpus Christi ut in signo tñ, & umbratili figura. Et si panis per uerba consecratoria in uerum Christi corpus transmutatur (quod addubitare, fidelium debet nemo, nam ita fide tenendum nobis esse, ubi catholica decernit ecclesia) non manet ibidem post uerborum consecrationis pronuntiationem substantia materialis panis, sed solum Christi sacratissimum corpus, sub speciebus panis integumento illic adest: accidentibus illius, sine subiecto diuina uirtute subsistentibus in eucharistia, ad nostræ fidei consolidationem. ¶ Neque illud quempiam moueat Oecolampadij improprium: quo confitentes transsubstantiationem in seipso excellentem eucharistia mysterio, & eo utentes nomine atque nomine ipsius rem admittentes, contemptim papistas appellat, nonnunquam uero papisticos & interdum Romanenses. Nam id hæreticis peculiare est: apostolicam sedem, & eam ut par est reuerentes, contumeliosè insectari, afficereque

EVCHARISTIAE. I. 17.

probris: contra illud dñi uerbum in Exodo. **Exod. 22.**
 Dñs non detrahes: & principi populi tui nō maledices.
 Qm̄ enim nouis peruersorū dogmatum adinuenti
 onibus aut iā olim damnatorū reuocatione: ab ec-
 clesie unitate se dissecundunt atq; diuellunt, ut no-
 uam sibi constituant ecclesiam, imo conuenticu-
 lum & synagogam satanæ: non desistunt unq; aut
 uerbis aut (si datur facultas) etiā factis inimiciter
 eos persequi, qui in sinu & gremio suæ matris spi-
 ritualis. s. ecclesie orthodoxæ pmanentes: insanis
 eorum doctrinis aures patefacere nolūt. Quod in
 ueteri lege per Hismaelem persequentem Isaac, et **Gal. 4.**
 per Esau, fratrem suum Iacob diutius odio graui **Gene. 27**
 insectantem: est designatum.

¶ Ex oblatione panis & uini per Melchise-
 dech, & immolatione agni paschalis typici,
 recte colligi: in Sacramento Eucharistiae,
 Christi corpus uere cōtineri. Ca. III.

SED age rem ipsam propositam non ag-
 grediamur auctoritate sacrarum literarū
 & rationibus inde sumptis primum ful-
 cire: & in sancta eucharistia sacratissimū
 Christi corpus ueraciter contineri, osten-
 dere, & non tm̄ ut in figura & signo ibidē existe-
 re: quemadmodū dicunt aduersarij. Quis autem
 ad eam rem cōprobendam, sola fidelibus sufficere
 deberet ipsa summæ ueritatis auctoritas: cōtestan-
 tis frequēter in sa. scriptura, uerū suum corpus &
 sanguinem in sanctissimo eucharistiae sacramēto
 contineri cui solidæ basi innixa ecclesia catholica
 a spiritu sancto id edocta: inconcussam fidē illam
 semper tenuit hactenus, semperque tenebit. ut ta-
 men dilucidior euadat ipsa ueritas: ex limpido di-

B §